

tequam ab Ecclesia in canone sacrorum voluminum constituerentur; hodie verò aliud esset dicendum, etenim ex his thesibus neutra sacra Pagina testimonia aut traditioni in Ecclesia recepta, ac constanti refragatur: at post Sedis Apostolicæ decretum utraque est adversus Ecclesiæ autoritatem, & ut hæretica damnari debet; quia supponit eam in his definiendis labi in errorem posse, quod à Catholicæ deviat veritate; etenim quod errare Ecclesia non valeat, dum libros canonicos declarat, assertum est supra, num. 10. Idem de canonizatione Sanctorum tenent non pauci, quos dedimus supra, d. n. 49. Ad hæc respicere exitiandus est D. Covar. in q. 49. cap. tit. de hæret. à princip. P. Suan. de Fid. diff. 19. sct. 2.

Ibi: *Quia nos latebat, an ea esset opinio contraria Fidei.*

23 Vide supra, num. 19. ubi effectus ex Theologis tradidimus, qui ex definitione Ecclesiæ circa res Fidei subsequuntur. Hic autem observare oportet, teminem hæreseos reum fieri, ut paucis contra hæreticos stabilitas incurrit, nisi qui cognoverit errorem, quem fovet, Catholicæ Fidei refragari, ut videre est apud Farinac supra, d. §. 1. num. 16. August. Barbos. in collectan. ad Decretal. tit. de heretic in rubric. Sanch. d. cap. 7. à princip. & alios quos memoravimus supra, lib. 3. cap. 1. n. 19. Unde cum erranti non liqueat esse de Fide veritatem, quam impugnat, mediante Ecclesiæ declaratione, hæreticus formaliter dici non potest, etiæ hæreticalem propositionem materialiter tutetur, sicut D. Covar. recte monet. Et quavis divinae revelationes sacris Literis continetur, quibus omnium fidem adhibere tenemur, opus tamen est, ut Ecclesia eas nobis credendas proponat, quæ est infallibilis regula quadam Fidei dogmata, ut illis prudenter assensum praestemus. P. Hurtado de Mendoza tract. de Fide, diff. 7. sct. 3. §. 80. ibi: *Non facit Ecclesia aliquid de Fide, sed exiguit propositio, ut per eam fiat prudenter credibilis revelatio.* De quo Valent. sup. lib. 6.

24 His accedit, quod neque istud, nec aliud crimen perpetratur sine animo & voluntate sic delinquendi, l. Furtum 37. ff. usucap. l. Verum 40. ff. de furt. l. Item apud Labeonem 15. §. Si quis virgines ff. de injur. l. 5. tit. 17. p. 7. cap. Si vero 4. de sentent. excommunic. quibus iuribus aperte probatur ignorantiam facti à delicti pena excludere, & egregie id docet Greg. Lop. in d. l. 5. gloss. 1. Igitur antequam Ecclesia definit propositionem aliquam esse de Fide, qui contrarium etiam pertinaci animo sustinuerit, hæretici poenas non luet, cum animum non habeat contradicendi catholicæ veritati, quanquam non ignoret falsum esse quod sentire se profiteretur.

Ibi: *Sed quia nomen hoc hereticorum.*

25 De etymologia, & acceptione nominis hæresis, nonnulla præmissimus supra, lib. 3. cap. 1. num. 22. & consulas Farinac. sup. num. 41. Barbos. ubi proxime.

Ibi: *Exigit profecto pertinaciam, & rebellionem.*

Absque pertinacia hæresim non patrari, cum pluribus assertum est supra, d. cap. 1. num. 17. Vide Farinac. Barbos. Sanch. ubi sup. Guttier. d. q. 32. Canteram in qq. crimin. tit. de hæret. à princip. P. Suan. de Fid. diff. 19. sct. 2.

Ibi: *Penes Ecclesiam esse potestatem istam declarandi.*

Cujus declarationi assensum praestari necesse est, 27 quia divina ntitur autoritate ob infallibilem sancti Spiritus assentientiam, qui Ecclesiam in errorem dilabi circa definitiones Fidei nunquam sinit. Vide notata supra, lib. 1. cap. 10. n. 5. Hinc provenit, ut si quis post Ecclesiæ decretum quicquid adversus Fidem teneret, gravissime delinquit, cum divinae veritati se opponat, qua propter meritas poenas dabit, quas ob tantum scelus jura decernunt.

Ibi: *Hinc ab hæresis labe qua ex parte.*

Haud pauci gravissimi viri doctrinæ, ac sancti moniæ perillustres in diversos errores cederunt absque hæresis nota, quos nunc post Ecclesiæ definitionem inter hæretices numerari compertum est, Sic evenit D. Cypriano circa rebaptizandos eos, qui ritè ab hæreticis Baptisma suscepserant: & quod mirabilis est, semel atque iterum prolapsum est, eodem D. Cypriano Praefide, Concilium Africatum plurimum Episcoporum assensu, qui interfuerunt, de quo sup. cap. proximo, num. 21. & observat Hurtad de Mendoza d. sct. 3. § 81. Hodie vero qui idem pertinaciter affereret, ut hæreticus damnaretur, quia ab Ecclesia definitum est, non esse iteranda sic collata Baptismata, sicut nec aliud simile Sacramentum, prout traditur d. c. proximo, n. 16.

Ibi: *Erraret equidem quod est ab Ecclesia Catholica.*

Ecclesia circa res Fidei aliquid definens est omnino ab errore immunis ob Spiritus Sancti assentientiam, qui fallere, aut falli non potest, quod plane conflat ex traditis supra, lib. 1. c. 10. n. 5. & 47. & sub hoc c. n. 10. 13. & 18. Imò in sola Ecclesia Romana Fidei Regula querenda est. Valent. sup. lib. 6. per tot.

Ibi: *Potest tamen Ecclesia efficeri.*

Vide supra, n. 20. & 22. ubi hujus assertionis exempla recensentur.

Verf. *Canonicos verò libros ex Gelaſio.*

30 Canonicorum voluminum catalogus legitur non solum in locis, quorum supra meminimus, n. 3. sed etiam apud D. Aug. lib. 2. de doctr. Christ. cap. 8. Card. Baron. Annal. tom. 6. in fin. ubi de legatione Ecclesiæ Alexand. vers. Confiteor, Azor. p. 1. lib. 8. cap. 1. ver. Quartò quartirur, Beccan. in analog. veter. & novi Testam. cap. 1. q. 1. num. 1. Sixt. Senens. in Bibliotheca sancta, lib. 1. sct. 1. tit. de variis supputationibus, Glossa Ordin. Bibl. in principio, ubi de libris Canonis, verf. isti sunt, Theatrum vita humanae lit. B. pag. 212.

31 Catalogus sacrorum voluminum in hunc modum, & ordinem habetur novissime in Trident. sess. 4. ibi: *Testamenti veteris quinque Mys., id est Genes, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Iesuē, Iudicium, Ruth, quatuor Regum, duo Paralipomenon, Esdræ primus, & secundus, qui dicitur Nehemias, Tobias, Judith, Ester, Job, Psalterium Davidicum centum quinquaginta Psalmorum, Parabola, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Ieremia cum Baruch., Ezechiel. Daniel, duodecim Prophetæ minores, id est Osea, Joël, Amos, Abdias, Jonas, Micheas, Naum, Abacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias, duo Machabæorum, primus & secundus. Testamentum novi, quatuor Evangelia, secundum Mattheum, Marcum, Lucam & Ioannem, Actus Apostolorum à Luca Evangelista conscripti, quatuordecim Epistole Pauli Apostoli ad Romanos; due ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippienses, ad Colossenses, due ad Thessalonicenses, due ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebreos: Petri Apostoli due, Joannis Apostoli tres, Jacobi Apostoli una, Iudee Apostoli una, & Apocalypsis Joannis Apostoli. Qui libri omnes unico volume, quod Biblia nuncupatur, circumferuntur simul cum libro tertio, & quarto Esdræ, qui sane canonicon non sunt, cum à Concilio in hoc à canone non recenzeantur.*

Verf. *Genesis liber unus.*

32 Canon iste recensetur sub Concilio Romano priore sub Gelaſio, tom. 3. Concil. pag. 663. in edit. Parisiensi anni 1636. Sed ibi trium librorum author Salomon duntaxat affterit, (quod & D. Covar. infra, verf. Psalmorum liber unus, animadvertisit,) qui exprimitur, nempe Proverbia, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, & immediate subsequntur Sapientia, & Ecclesiasticus, de quibus est controversia, an fuerint à Salomone conscripti, ut videre est apud D. Covar. infra n. 3. quos quidem codices omnes complectuntur verba illa: *Salomonis libri quinque.* Hunc Gelasianum catalogum si quis conferat cum precedenti ex Tridentino transcripto, unicum dictamen tantum inveniet quod vetus Testamentum, quod scilicet in illo admittuntur duo libri Esdræ, primus & secundus ut canonici, in illo primus tantummodo, ut legenti pareat. Verum hoc ex eo forte provenit, quod primum librum Esdra aliqui in primum & secundum dividunt, ut tradit Sixt. Senens. in sua Bibliotheca sancta, lib. 1. sct. 1. tit. de argument. authorib. & temporib. libror. veter. Testam. sub verf. Esdræ libri duo. Præterea Gelasius librum Jesu Nave vocat, qui in Tridentino Iesuē nuncupatur,

nam hic Latinè, ibi Græcè idem nomen expressum est, ut deducitur ex Sexto Senensi ibi proxime, sub verf. Iesuē. Tandem apud Tridentinum unus ex libris Salomonis dicitur Parabolæ, & apud Romanum in prædictato loco Proverbia.

Verf. *Multa poterant hoc in loco.*

Plurima quidem hauriri possent ex Cornelio à Lapide, qui in principio cuiusque voluminis fusse inquirit de iis, quæ ad sacrum librum, quem suis commentariis illustrat, spectant: item ex Sexto Senensi in d. Biblioth. Sancta, qui lib. 8. hæreticorum calumnias adversus Testamentum vetus, singulosque ejus libros deluit, & enerat: quod utique præstitit Cornel. à Lapide in Genes. proem. de encomiis sacrae Scriptura, sct. 2. num. 51. cum seqq. Card. Bellarm. lib. 1. de verb. De scripto.

Verf. *Regum libri quatuor.*

Ex libris divinis quidam suos certos, ac nos authores habent, alii non utique, sed adhuc sub judice est, à quibus fuerint scripti, ut admetet Beccan. in analogia veteris & novi Testamenti, cap. 1. quæst. 2. num. 1. Primi ordinis sunt Genesis, & quatuor alii, qui in Canone subsequuntur, & Pentateuchi nomina continentur, qui à Moysi conscripti sunt, de quo nunquam extitit controversia. Sixt. Senens. d. cap. 1. sub verf. Pentateuchs, Beccan. ubi proxime. Item compertum est, Iesuē authorem suffit ejus libri, qui suo nomine inscribitur. Sixt. Senens. sub verf. Iesuē. Liber Iudicium certo caret scriptore, quidam eum Samuelem tribuunt, alli Ezechieli, alli Iesaiæ. Sixt. Senens. sub verf. Iudicium & Ruth, ubi idem de libro Ruth afferverat. Ex quatuor libris Regum, primum, & secundum ediderunt Samuel, Nathan, & Gad Prophetae; tertium, & quartum Esdras, vel ut alii placet, Jeremias. Sixt. Senens. sub verf. Liber primum & secundus Regum, & sub. verf. Regum tertius & quartus. Libris duobus Paralipomenon signari non potest certus author, licet aliquibus Esdras videatur. Sixt. Senens. sub verf. Paralipomenon libri duo. Confule Cornel. à Lapide sup. eos libros, Card. Bellarm. de Scriptor. Ecclesiast. Testam. veter.

Verf. *Psalmorum liber unus.*

Est questionis, an omnes 150. Psalmos David 35 composti, vel sint ex diversis authoribus collecti, quorum nomina in epigraphæ plurium Psalmorum exprimitur? Priori tententia subscripte Chrysostomus, & Augustinus, qui totius operis Davide efficiunt conditorem. Posteriorum amplectit Hieronymus post Athanasium, secundum quam David suptuaginta tres editit Psalmos, reliquos Salomon, Moyes & alii; quos in unum congerit Sixt. Senens. sub verf. Psalterium, ubi quot, & quos scriperit quisque demonstrat: & huic posteriori tententia assentitur Beccan. d. q. 2. num. 3. & oblerva Psalmorum titulos esse Canonicos. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 1. verf. Nonò queritur: & vide de hac quæstione Marian. in veter. Testamentum, in princip. Psalter Bellarm. sup. verb. David. ubi tradit Psalmum 251. qui Davidi tribuitur apocryphum censem, Senens. lib. 1. verf. Psalterii appendix, Torniel. Annal. anno 2964. à num. 4.

Ibi : *Salomonis libri quinque.*

- 36 Jam *suprà*, num. 32. prænotatum est, quod in præsenti D. Covar. monet: & quidem tres tantum à Salomone libros esse conscriptos, extra dubium non est, ut ex his quæ D. Covar. subjungit, apparet: sed cœbriori scribentum calculo recentum videtur. Sic Senenf. *sub. vers. Libri tres Salomonis*, licet *sup. vers. Sapientia Salomonis*, aliud fenant. Cornel. à Lapid. *sup. lib. Sapient. in princ. vers. Tertiò quia*, Bellarm. *verb. Salomon*, Salian. *Annal. Ecclesiast. tom. 3. anno 3058. infi. ubi ex D. Hieronymo enarrat*, Salomonem jam penitentem sub senium hos tres libros scripsisse, nempe Proverbia, Ecclesiasten, & Canticum Canticorum: quod aperius constabit ex proximè dicendis, cum demonstrabitur, Ecclesiastici, & Sapientiæ codices ad Salomonem non pertinere.

*Ad Num. 3.*

- 37 Meminisse opus est eorum quæ traddimus *suprà*, n. 4. nam ex libris Canonis quidam olim protalibus ab Ecclesia recepti non fuere: hi sunt Baruch, Esther, Tobias, Judith, Sapientia, Ecclesiasticus, Machabæorum duo, qui ad testamentum vetus spectant. Ex novo Epistola ad Hebreos, Epistola D. Jacobi, Epistola S. Judæ, secunda S. Petri, secunda, & tertia S. Joannis, Apocalypsis. Quibus cognitis, facile deprehendetur, qui libri protocanonicali vocentur, de quibus nunquam dubium extitit; nam cæteri omnes intra Canonem constituti *sup. n. 31*. tales haberi debent. Vide Cornel. à Lapid. *in proleg. ad lib. Ecclesiastici*, c. 1. *vers. Suppono*, Gloss. Ordin. Bibliæ *in princ.* ubi de libris Canonis, *vers. Iffisunt*, Azor. p. 1. lib. 8. cap. 1. *vers. Libri porrò*, Sixt. Senensem *sup. lib. 1. sc̄t. 1. vers. Canonicī*. De illis ergo codicibus præcipue, qui aliquando dubia fidei fuerunt, D. Covar. differit, initium capiens à libris Ecclesiastici, & Sapientiæ, de quibus duplex est quæstio, una de eorum autoritate altera de authore: utramque erigè suo more discutit Cornel. à Lape in *Ecclesiast. prolegom. cap. 1. & 2. & in lib. Sapient. prœm. a princip.* nec minus late *Piña sup. Eccles. prologo 2. & 4.*

- 38 Et quidem in primis supponendum est, hodie de hujusmodi librorum autoritate ambigere non licere, quos jam Ecclesia cum reliquis voluminibus sacris recensuit, ideoque parem unicuique authorem, scilicet Spiritum Sanctum, cunctis extitisse fatendum est: nec minus authoritatis obtinet qui postremò approbati feruntur, *ut sup. n. 4. præmisimus*, & ita de Fide tenendum est. Cornel. à Lap. d. cap. 1. *vers. Nunc dico, & in lib. Sap. in princ. verum respondeo*. Piña de prologo 4. n. 5.

- 39 Illud compertum est, Ecclesiasticum, & Sapientiam non esse ex liberis protocanonicis, sed ex deuterocanonicis, qui dubiae fidei nonnunquam habebantur, ut apparet ex catalogo, qui est *suprà*, num. 37. & testatur Cornel. à Lape *sup. Sapient. in princ. vers. Porrò S. Athanasius, & sup. Ecclesiastic. in prolegomen. cap. 1. vers. Suppono*, Piña *prolog. 4. num. 2. Azor. dīcto versic. Libri porrò*, Glossa Ordin. *sup. versic. Iffisunt*, Valent. tractatu de rebus Fidei hoc temp. controvers. Itaque licer. Lorin. *sup. Sapient. in prefat. cap. 1.*

- 40 Verum quæri potest à quo libri isti cœperunt esse canonici? Cornel. à Lape *sup. Sapient. dīcto princip. versic. Verum respondeo*, de eo volume

agens plura, & antiquissima Concilia, Sanctorum que Patrum testimonia congesit, ex quibus apparet, librum illum multis anteā sculis esse ab Ecclesia seu canonicum approbatum, quam à Tridenna Synodo in Canonem referretur. Idem de Ecclesiastico testatur Piña *ubiproximè n. 5.* quod utique suadent tradita hic à D. Covar. Et hæc de hujusmodi librorum autoritate.

Ibi : *Qui & illud inquirit, an hi libri fuerint à Salomone scripti?*

Hoc etiam ad amissum, ac latè disquirit Cornel. à Lape, qui *sup. Ecclesiast. in prolegomen. cap. 2.* pluribus laudatis, qui operis ejus authorem Salomonem fuisse asseverant, ipse *versic. Verum certum est*, resolvit Jesum filium Sirach, id volumen edidisse, ut habetur in ejus epigrapha, quod ille fuisse probat. Idem similiter tuerit Piña *sup. prolegom. 2. ex num. 5.* Consentit Sixt. Senensem. *d. lib. 1. versic. Ecclesiasticus*, Becan. in *analog. veteris & novi Testamenti*, *cap. 1. q. 2. num. 6. Bellarm. verb. Jesus Sirach. Torniell. Annal. anno 3808. num. 2. & alii plures apud ipsos, maxime D. August. lib. 2. de doctrina Christiana, cap. ult D. Epiphani. lib. 1. heresi 8. & lib. de ponderib. D. Hieron. in proleg. ad lib. Reg. & in prefat. ad Proverb. Salomon, quod plane exprimitur *cap. penult. ejusdem Ecclesiast.* in hac verba: *Doctrinam sapientia. & discipline scriptis in in codice isto Jesus filius Sirach Jerosolymita, qui renovavit sapientiam de corde suo.* Quod utique in prologo similiiter habetur.*

Quis autem fuerit hic Jesus filius Sirach, ejusque genealogiam tradidit Cornel. à Lape *vers. Quares quis fuit*, ubi testatur illum Prophetam fuisse, floruisseque post Alexandrum Magnum sub Rege Ptolemaeo Philadelpho. Vide Torniell. *Annal. anno mundi 3741. num. 3. & anno 3808. & num. 2.*

Pluribus de causis liber iste Salomonis esse credebatur, quas recenset Cornelius *versic. Dices cur.* Prima ob similitudinem, quam cum libris Salomonis habet. Secunda, quia Jesus nonnulla ex Salomone deprendit. Tertia, nam cum sapientialis fuisse, Salomonis operibus annecti solebat, unoque volumine continebantur. Quarta, quoniam eloquo similes erant. Quinta, quod Jesus hic alias Salomon vocabatur. Sexta quoniam ipse author Salomonis nomine opus suum insignierit. De quibus Piña *sup. prolog. 2. num. 6. & paulò inferius* D. Covarruv. aliquam insinuat.

Ibi : *De autore autem libri, qui Sapientia inscribitur.*

De hac quæstione quadruplex opinio apud Sribentes reperitur. Prima fultinet, codicem istum à Salomone elaboratum. Secunda à Jesu filio Sirach, Ecclesiastici authore. Tertia à Philone Judæo juniore, qui post Christi tempora vixit. Ultima à Philone seniore, qui Christum centum sexaginta annis antecessit, quas omnes refert, ac rejicit Cornel. à Lap. *sup. Sapient. ex vers. Prima sententia*, & tandem *versic. Dico ergo*, concludit certum hujus libri authorem esse Spiritum Sanctum, sed à quo scriptus fuerit, penitus latitare. Consulas præterea Glossa ordin. *sup. versic. Iffisunt*, el. 2. ubi quod omnium ferè consensus author fuit Philo Alexanderinus Judæus. Sixt. Senen-

*Senensem sup. versic. Sapientia Salomonis*, Lorin. *sup. Sapient. in prefat. cap. 1. & 2. Beccan. d. q. 2. num. 3. Bellarm. sup. verb. Salomon.*

- 45 Quo tempore editum fuerit hoc volumen non constat, supicatur tamen Cornel. *versic. Videtur ergo*, coætaneum esse Ecclesiastico, & post extinctum Alexandrum Magnum sub tempus Ptolemaei Philadelphi à suo authore confectum. Vide *suprà*, num. 42.

Ibi : *Uterque enim propter eloquii similitudinem.*

- 46 Et etiam aliis de causis, quæ ex Cornelio à Lapi de enumerantur *suprà*, num. 43. quæ ferè omnes utrique codici, nempe Ecclesiastico, ac Sapientiæ accommodari possunt, quanquam Cornelius solum de Ecclesiastico sit loquutus.

*Ad Num. 4.*

- 47 Hic liber Job inter protocanonicos recensetur, quia tam apud Hebreos, quam apud Christianos pro divino est habitus, ac intra Canonem receptus, de cuius autoritate infallibili nunquam Catholici dubitarunt. Pineda *sup. Job. in prefat. cap. 2. num. 2.* Sixt. Senensem. *vers. Job. Gloff. ordin. ubi sup. versic. Iffisunt, el primo, Azor. part. 1. lib. 8. cap. 1. versic. Libri porro.*

Ibi : *De auctore verò licet varie fuerint opiniones.*

- 48 De quo fusè Pineda *sup. cap. 3. per totum*, ubi quinque sententiae examinantur; nam quidam librum hunc ab amicis Job scriptum opinantur, alii à Salomone, alii à Moyse, alii ab aliquo ex Prophetis, alii tandem à Job ipso, quam ultimam pluribus comprobant, & amplectitur idem Pineda *ex num. 3.* Videnti sunt iudeum Gasp. Sanch. *in Job. prolegomen. 2. Senensem. ubi proximè*, Mariana *in vet. Teftam. sup. Job. in principio*, Beccan. *sup. num. 7. Bellarm. de Scriptoribus Eccles. Testament. veter. verb. Job.*

Ibi : *Sermone Syro scriptum.*

- 49 Quo idiome author codicis hujus usus fuerit, exacte inquirit Pineda *sup. cap. 3. ubi an simplici, & pura lingua Syria, vel mixta, & corrupta scriptus fuerit*, scilicet Syrochalaica, & Hebreæ, & Chaldæa constante.

Ibi : *Illud tandem obiter adnotabimus.*

- 50 Quis fuerit Job, utrum Sanctus, Propheta, vel Rex, & alii disquirunt Gasp. Sanch. *in prolegomen. & Pined. in comment. ad cap. 1. a princip.* de quibus omnino videndum differit Salian. *Annal. Ecclesiast. tom. 1. anno mundi 2319. à num. 4. & alii pluribus annis*, & Torniell. similiter in *Annal. sacris.*

- 51 Licet communiter placeat, Job suam originem ab Abraham per Esau trahere, ut D. Covar. videtur *in presenti*, cui accedit Salianus *ubi proximè*, anno 2319. num. 10. ibique genealogiam Job similiiter tradit; tamen in quadruplicem sententiam dividuntur Authores, ut videre est apud Pinedam *D. de Faria Nova Addit. ad Covar. Tom. II.*

*ubi nuper, num. 31. cum seqq. & Gasp. Sanch. prolegomen. 3. in princip. Salian. num. 5. cum seqq. Torniell. sup. anno mundi 2319. n. 11. & 12.*

Ibi : *Et habitasse in Idumæa & Araby finibus.*

Nempe in terra Hus, unde Job Idumæus vocatur, vel quia natus est in Bosra oppido Idumæa, de quo consulas Salian. d. anno 2319. ex num. 4. maximè num. 10. Torniell. *ubi proximè*, Gasp. Sanch. *sup. prolegom. 3. n. 22. Pined. d. cap. 1. num. 31. cum aliis.*

Ibi : *Erat autem ipse filius quidem Zara.*

Sic tenent omnes: de matre verò, an fuerit *Bostra*, ut hic dicitur, ambigit Pineda, subdens Septuaginta Interpretes non loqui de genitice, sed de patria, quam matrem appellantur. Legas eum *num. 32.* Sed Salian. *dīcto anno 2319. num. 4.* matrem Job Bostram fuisse asseverat, quanquam nomen idem matri, & patriæ Job convenire, non parum Pinedæ diffensu adspicuntur. Natus est egregius ille vir anno mundi 2329, à Zara genitus, Duke quidem, non Rege ut testatur Torniell. *eodem anno*, in fin. afferens quod si Job Rex fuit, non jure haereditario, sed aliunde eam dignitatem adeptus est. De quibus etiam Salian. *eid anno.*

Ibi : *Sed à Nabor fratre Abraham & Melcha.*

Huius sententiae subscibit Gasp. Sanch. *de prolegom. 3. num. 21.* at quod Job descenderit ab Esau, magis apud sacros Interpretes, & Historiographos obtinuit, ut ex laudatis constat.

*Vers. Tobia liber unus.*

Liber iste deuterocanicus putatur, quoniam non semper canonicí autoritatem meruit, ut prænotatum est *suprà*, num. 37. & preter ibi allegatos idem observat Cornel. à Lape *sup. Job. in argument. vers. 1.* Sixt. Senensem. *in sua Biblio. Sancta. vers. Tobias.* Postquam autem ab Ecclesia in Canone sacrorum voluminum est constitutus ipsum canonicum fore de Fide est. Cornel. *ubi proximè, versic. Verum jam, & vers. Quaritur tertio*, tradit eum librum lingua Chaldæa fuisse scriptum. Author eius fuit Tobias senior iussi Archangeli S. Raphælis, qui usque ad caput 13. scripsit. Tobias junior historiam est profequens, & alius quidam ignotus nonnullos versus adjectit. Cornel. *vers. Quaritur quartio.* Non defunt, quibus placet Esdras historiographum illius fuisse. Cornel. *vers. alii*, de quibus etiam Senensem. *ubi proximè*, Beccan. *in analog. vet. & novi Testam. cap. I. quæst. 2. num. 7. Bellarm. verb. Tobias.*

Ibi : *Siquidem receptus est inter canonicos à Synodo.*

Hoc Carthaginense Concilium, sicut & cetera omnia confirmata sunt Synodo sexta generali, quæ habita est Constantinopoli in Trullo, ut *Ii D. Co-*